



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

4. An Generales Religionum possint absque Capitulo, sicut diximus  
prohabiliter de Episcopis, reducere Missas ad summam minorem? Ex p. 2.  
tract. 14. res. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)



# TRACTATUS PRIMVS DE CELEBRATIONE MISSARVM,

Iuxta Decreta Urbani VIII.

ET DE SANCTISSIMO EVCHARISTIÆ SACRAMENTO:  
atque de omnibus Ritibus occurrentibus antea, & postea, & in  
ipsamet Missarum Celebratione.

## RESOLVTIO PRIMA.

*An Episcopi vigore Concilij Trident. possint reuocare  
Missas in fundatione appositas. Ex parte 2. tracta-  
tu 14. Resolutione 1.*

**R**ESPONDEO negativè. Et ita de-  
clarant decreta sacre Congregati-  
onis in *Bulla* §. 2. Ratio est, quia  
Concil. loquitur de Missis & Anni-  
uersariis defunctorum relictis, non  
autem de impostis in fundatione,  
& ita antea docuerant Homobonus in *exam. eccl'es.*  
*part. 1. tract. 4. cap. 14. §. 129.* Riccius in *praxi, tom. 1.*  
*resol. 34. n. 4.* Ragucius in *vase eccl'es. discipl. de Epi-*  
*scopi, §. 6. n. 86.* Piascius in *praxi Episcop. part. 2. c. 3.*  
*art. 5. n. 3.* Vgolinus de *potest. Episc. cap. 61. n. 1.* Fran-  
cilicus Leo in *Theor. Eccl'es. p. 2. c. 11. n. 33.* Sorbus  
*annot. ad compend. privileg. ver. Missa 3. ver. notan-*  
*dam.* Garfias de *benefic. tom. 2. p. 7. c. 1. n. 131.* & hanc  
sententiam docuit etiam ex nostris P. Naldus *verf.*  
*Missa, n. 8.* cum Possuino de *offic. Curati, c. 12. n. 25.*  
2. Ex his apparet, stantè dicta declaratione Illustris.  
Cardinalium, modò non esse amplectendam opinio-  
nem Henrici *lib. 9. c. 22. n. 6.* Miranda in *manu, tom. 1.*  
*§. 41. art. c. 24.* & aliorum asserentium, potuisse Epi-  
scopum, ex vi Tridentini, Missas requisitas in funda-  
tione alicuius beneficij, reducere ad minorem nume-  
rum Missarum; nam, vt diximus, Concilium loquitur  
de Missis, & Anniuersariis, relictis in aliqua Ecclesia,  
quæ vulgò *dotationes* dicuntur, non autem de Missis  
impositis beneficio, seu Capellaniis in fundatione.

## RESOL. II.

*An possint Episcopi Missas, quæ post Concilium relictæ  
suerunt, ad minorem summam reducere?  
Et quid, si ante Concilium Tridentinum fuerunt impo-  
sitæ? Ex p. 2. tract. 14. Refol. 2.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docuit Naldus in  
*summ. ver. Missa, n. 9.* Possuinus de *offic.*  
*Tom. 11.*

*curat. cap. 2. n. 25. §. 9.* Garfias de *benef. tom. 2. part. 7.*  
*cap. 132. & alij.*

2. Sed modò in decreto contrarium decernunt  
Cardinales in §. 2. & ita antea docuerant Riccius *p. 4.*  
*decis. 25. n. 4.* Rodriguez in *gg. reg. tom. 1. §. 43. art. 13.*  
Hieron. à Sorb. in *annot. ad compend. prin. ver. Missa 3.*  
*Confectus in priuileg. Mendic. tit. 19. de celebr. Missæ. 3.*  
Miranda in *manual. pract. tom. 1. §. 41. art. 4.* & Passarel.  
*can. 60. de remedio Missarum, ita ait respondisse etiam*  
*Congregationem Card. 7. Febr. 1573.* Possunt igitur  
Episcopi reducere Missas ad summam minorem, si  
ante Conc. Trid. fuerunt impostæ: & ita nouissimè  
docuit Bonacina de *Sacr. disp. 4. q. vlt. punct. 7. §. 2. n. 11.*

Sup. hoc in-  
fra in prin-  
cipio Ref. 7.  
& in Ref. 13.  
9. Nota.

## RESOL. II.

*An reductio Missarum sit ab Episcopo facienda in Sy-  
nodo? Ex p. 2. tract. 14. Ref. 3.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Bonacina  
de *Sacram. disput. 4. q. vlt. punct. 7. §. 2. n. 9.*  
Garfias de *benefic. tom. 2. p. 7. cap. 1. n. 134* & alij. Ne-  
gatiuam sequuntur Henriquez *lib. 9. c. 22. n. 6. in gloss.*  
*lit. P.* Reginald. *tom. 2. lib. 23. c. 17. n. 134.* Barbofa de  
*potest. Episc. part. 2. alleg. 28. n. 12.* Molfes. in *sum. tom. 1.*  
*tract. 3. cap. 37. n. 29.* Nauarr. *cap. 25. n. 138.* Miranda  
in *manuali Pralat. tom. 1. §. 41. art. 24.* & alij.

2. Quid ego sentiam, dicam breuiter. In multis  
Episcopatibus, decretum Conc. est receptum; in  
aliis verò non. Vbi non est receptum, procedit opi-  
nio negatiua; vbi est receptum, affirmatiua senten-  
tia tenenda est. Nam Concil. Trid. præscribit istam  
formam, nempe reductionem Missarum ab Episco-  
po faciendam esse in Synodo.

## RESOL. IV.

*An Generales Religionum possint absque Capitulo, sicut  
diximus probabiliter de Episcopis, ad summam mi-  
norem reducere Missas? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 4.*

§. 1. **R**espondeo negativè cum Barbofa de *potest.*  
*Episcopi, part. 2. alleg. 28. num. 12.* Miranda  
*tom. 1.*

Sup. hoc inf.  
in Ref. 11. in  
principio.

## 2 Tract. I. De Celebrat. Missarum.

tom. 1. quest. 41. art. 2.4. Rodriq. tom. 1. quest. 43. art. 13. Nauarr. cap. 15. num. 138. & alij. Ratio est, quia Episcopi id facere possunt ex iure communi, neque quoad eos Conc. statuit ius nouum, sed statuit antiquum seruari; quo verò ad Abbates & Generales, ius nouum constituit. Ergo, &c.

### RESOL. V.

An prædicta facultas moderandi Missas comprehendat etiam anniuersaria, & officia pro defunctis? Ex p. 2. tract. 14. Refol. 5.

Sup. hoc in Ref. seq. & i. fra in Ref. 11. cursum in principio.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet sacra Congregatio Archiepiscopo Neapolitano, vt Garfias de benefic. tom. 1. part. 7. cap. 1. n. 13. Naldus in summa, verb. Missa, n. 10. Galletus in Margarita casuum conscientia, vers. Missa, n. 4. Riccius in praxi, part. 1. refol. 341. n. 2. Piafeci in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. n. 15. & Stephanus Quaranta in summa Bullar. verb. Missa, & alij tradiderunt.

### RESOL. VI.

An prohibitio moderandi Missas facta Episcopis in Decreto de celebratione Missarum, comprehendat etiam anniuersaria, & officia defunctorum? Ex part. 6. tr. 7. & Miscell. 2. Refol. 40.

Sup. hoc in Ref. præterita, & infra ex doctrina Refol. 11. in principio.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Ioannes Anton. Nouarius in summa Bullarum, tit. de Missar. celebratione, n. 8. vbi sic ait. Ampliatur tertio, vt prædicta prohibitio moderandi Missas comprehendat etiam anniuersaria & officia pro defunctis, & respondisse sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium N. Archiepiscopo Neapolitano testatur Garfias, Naldus, Riccius, & Piafeci. Ita Nouarius. 2. Sed nouissimè aduersus illum insurgit Merolla tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 16. n. 389. nam supra citati Doctores non loquuntur de prædicta prohibitione Urbani VIII. sed de concessione facta Episcopis à Tridentino, vt possint reducere numerum Missarum; & dicunt in ea etiam includi anniuersaria, & officia pro defunctis. Et hoc declarant sacra Congregatio; & probatur manifestè: nam omnes Doctores ab ipso allegati scriperunt antequam fieret hæc prohibitio ab Urbano, vt clarè patet. Vtrum verò dicta ampliatio benè adaptetur huic prohibitioni, ita vt extendatur ad anniuersaria & officia defunctorum, probabilius existimo non extendi, saltem quoad officia defunctorum. Et ratio est, quia hæc prohibitio est correctoria iuris communis, (Concilium enim Tridentinum ius commune constituit) ergo non est extendenda ultra casum, in quo loquitur; quia correctio legum est odiosa: cum ergo loquatur tantum de reductione Missarum, vt ex se patet, non erit extendenda ad officia mortuorum, quæ Missæ non sunt.

### RESOL. VII.

Quanam facultas per Decreta Sacra Congregationis de celebratione Missarum sublata sit Episcopis, & Generalibus Religionum, & Ordinum reuocandi Missas ad minorem numerum? Ex part. 6. tr. 6. & Miscell. 1. Refol. 10.

Sup. hoc supra in Ref. 2. cursum in fi.

§. 1. **R**esolutio huius difficultatis pendet ex intelligentia verborum sacre Congregatio-

nis ibi, Ac primò districte prohibet, &c. Sed secundum Marchinum de Sacram. Ordinis tract. 3. part. 2. cap. 1. num. 31. per dicta verba non censetur reuocatum privilegium moderandi Missas, & anniuersaria, & officia ante Tridentinum relicta, quorum maximus numerus: nam Decretum supradictum Sanctissimi D. N. Urbani prohibet eam solam Missarum reductionem, quæ post Tridentinum acceptata fuerunt, & contimè notatur in Synodo Florentina sub die 13. Julij 1627. §. 3. de Missar. celeb. & satis declarat illa verba Decreti; aut post Concilium imposita. Deinde non videtur per hoc decretum derogatum Episcopis, quæ possint moderandi Missas alicui Ecclesie relictas, non tamen ob tenuitatem Eleemosynæ ab eadem Ecclesia acceptatas: nam Decretum hoc loquitur manifestè de oneribus Missarum impositis; non est autem onus impositum nisi post acceptationem, & actus eiusdem sola est, vt numerus Missarum redactus & acceptatus adimpleatur. Quare ante acceptationem non abstulit Episcopis facultatem, quæ illi de iure communi competeat, alterandi & moderandi eas Missas. Et ita sentit Marchinus re cum multis viris doctis communicata, saluo tamen meliori iudicio, ait ipse, & sub censura Ecclesie.

### RESOL. VIII.

An per Decreta Sacra Congregationis fuerint reuocata privilegia Regularium circa legata Missarum. Ex part. 6. tract. 6. & Miscell. 1. Ref. 11.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, vt patet in illis verbis Philiberti Marchini de Sacramento Ordinis tr. 3. part. 2. cap. 20. n. 7. quod post euulgata dicta decreta Sanctissimi D. N. Urbani VIII. die 13. Julij 1626. ad petitionem Deodati Lomellini Procuratoris Generalis Minimorum S. Francisci de Paula, concessit Fratribus eiusdem Ordinis Cœnobij Ianuensis, vt legata Missarum perpetua & oneri annexo impatia ad rationem quinquaginta scutorum monetæ Romanæ pro quolibet Missa quotidiana reducerentur: decernique per celebrationem Missarum sic redactarum saluti animarum eorum, quorum intentione Missæ sic redactæ fundatæ fuerunt, suffragari, perinde ac si illæ verè realiter, & cum effectu celebrarentur: dictæque domus correctorem, & fratres desuper à quoquam quouis auctoritate molestari, perturbari, vel inquietari non posse. Et hoc privilegium assero Peyrino ego alibi etiam notavi, quo quidem in pari causa, vt docet rectè Marchinus per communicationem, non modò alia eiusdem Ordinis domus, sed etiam aliarum Religionum familiarum, quæ communicant in prædictis privilegiis perfruuntur.

### RESOL. IX.

An post Decretum Urbani VIII. Regulares habeant aliquod privilegium, cuius vigore possint hodie, vt olim reducere Missas ad minorem numerum? Et breuiter discutitur, quod dato esset tale privilegium pro Minimis, & Minoribus, an talis gratia aliis Religionibus per communicationem suffragari possit. Ex p. 10. tract. 16. & Miscell. 6. Ref. 67.

§. 1. **E**X Marchino, & Peyrino ego olim docui, quod privilegium, cuius vigore possint hodie, vt olim reducere Missas ad minorem numerum? Et breuiter discutitur, quod dato esset tale privilegium pro Minimis, & Minoribus, an talis gratia aliis Religionibus per communicationem suffragari possit. Ex p. 10. tract. 16. & Miscell. 6. Ref. 67.